

**4018** sive deo sive deae, C. Ter. Denter ex voto posuit.

Romae (VI 444 semel ut videtur descripta initio saeculi XVI).

**4019** Vermino<sup>1</sup> | A. Postumius A. f. A. n. Albi.<sup>2</sup> | duovir lege  
Plaeloria.<sup>3</sup>

Romae rep. non longe ab aggere Servii inter portas Quirinalem et Viminalem (VI 3752. 31057 viderunt Henzen et Huelsen; imago est bull. arch. municipale 1876 p. 24). — 1) Deus ignotus, ut ii qui sequuntur, conferendus ut putat Henzen cum vermina, verminatione. — 2) Esse A. Postumium Albinum consulem a. u. c. 605 coniecit Henzen. Exeunti potius saeculo urbis septimo tribuere vult Huelsen. — 3) Duumvirum fuisse aedi dedicandae, factum lege aliqua Plaeloria, coniecit Henzen (adsentit Mommsen Staatsr. II<sup>3</sup> p. 621 not. 4). — Aliorum numinum ignotorum arae sunt supra N. 2984 seq.

**4020** Turpeno patr. | C. Vatron. | L. Orcev[i]us | pr. (in latere laterae nonnullae quae non intelleguntur).

Praeneste (XIV 2902 vidi).

**4021** A. Salvius V. f. Cledus | Purcefro d. d. l. m.

Pescinae in Marsis (I 4544<sup>a</sup>. IX 3658 ad exemplum ante centum circiter annos factum).

**4022** P. T. Sex. Herennieis Sex. f. Ser.<sup>1</sup> | Supinates<sup>2</sup> ex ingenio suo | Epointe (infra: porta clupeis et clavis ornata. In sinistro latere homo tunicatus malleum et scalprum tenens, in dextro similis homo gromam tenens).

In vico Massa prope Albam Fucientem (I 4469. IX 3906 Ritschl tab. LXXf. vidit Mommsen). — 1) Sergia tribus Marsorum. — 2) Cf. supra N. 3844 not. 4.

**4023** V. A[t]iedius | Ve[s]june<sup>1</sup> | Erinie et | Erine | patre | dono  
me[r]i. | lib[s].

In Marsis, prope Ortonam ut videtur, rep. (I 482. IX 3808 ad imaginem rudem confectam saec. XVIII, quam repetivit Ritschl tab. IIIa). Tractavit Mommsen unterital. Dial. p. 343. — 1) Vesuna dea in titulis Latinis non reperitur, reperitur in monumentis quibusdam Osce et Volsce scriptis, item in tabulis Umbris Iguvinis (Buecheler Umbrica p. 462). Cf. Jordan ap. Preller Roem. Myth. ed. 3 I p. 454 not. 1.

**4024** Sex. Paccius M. [f.] | et Sex. Paccius Ka[es. f.] | quinq. mu-  
rum vet[ust.] | consumtum (sic) a solo resti[t.] | ex p. p.<sup>1</sup> | Angitia<sup>2</sup>.

Luci ad lacum Fucinum (IX 3885 vidit Brunn). — 1) Ex pecunia publica. — 2) Nemus Angitia<sup>2</sup> memorat Vergil. Aen. 7, 759. Angitiam dictam esse quod eius carminibus serpentes angerentur tradit Servius ad Aen. l. c. et innuit ipse Vergilius. Cf. Preller Roem. Myth. ed. Jordan I p. 441.

**4025** Fuficia | C. Fufici | Amandi | f. Iusta, | mag., | Angitiis | d. d.

Sulmone (IX 3074 servavit Accursius). — Dis Ancitibu[s] .. usutranorum dedicatus est t. repertus in finibus Vestinorum IX 3545.

**4026** Mefiti | sacrum.

**4027** Mefiti Utianae<sup>1</sup> | sacr. | M. Helvius M. f. Pom. | Clarus Veru-  
lanus Priscus | aed., IIIvir, q., quinq., flamen | Romae et divi Augusti,  
curator | rei publicae Potentinorum, | d. s. p.